

227

224 25

inib
Ch
mo
Cn
mo
do
as
ues
tra
e
man
no
ide
se
ver
con
m
est
de
ha
sa
vi
ca
in

Pro Iudicio ferendo super electione Prioris
Conventus Iesu, et Maria Neapolitani

Opponitur precipue contra illam non fuisse Canonicam, cum non habue-
rit L. Maiello, Prior electus, duo vota ultra medietatem quod
iuxta Legem Ordinis requirebatur; quia dictus L. erat de corpe
re Capituli. Quod quidem fundatur in Ordinatione 6.^a Cap. Genlis
Roma 1629. = pro observantia regulari, qua sic se habet. Or-
dinamus ad maiorem explicationem eorum, quae in glos. Constit.
Dist. 2. cap. 12. Tex. 6. lit. K. dicuntur, et ad submovendas
omnes fraudes in electionibus, et in alijs Contum actibus, quod
Fratrum assignationes publice coram Communitate, tam in
Convo^{tu}, a quo, quam in Cmo^{tu} ad quem legantur, alias enim
nullum sortiantur effectum.

Quia tam ex dictae Ordinis legitima intelligentia intentum a Cap. Genli
pendet Iudicium casus, de quo agitur, pro illa habenda, valde no-
tandum est finem intentum a Patribus illius Cap^{li} ad illam stabilien-
dam, quem demonstrant per illa verba initiativa Ordinationis =
Ad maiorem explicationem eorum, et ad submovendas omnes
fraudes. Duplex ergo intenditur finis, ad consequendum sta-
tuunt, unum, atque idem medium eodem contextu, atque eisdem
verbis, ibi = Quod Fratrum assignationes. Unde quod circa
primum finem statuerit, idem dicendum est circa secundum.

Primum itaque finis est maior explicatio eorum, quae in Gloss. const. su-
pra citata dicuntur. Pro cuius intelligentia sciendum est, quod in
dicto Cap. 12. Tex. 5. et 6. Constitutio disponit de bonis Fratris de-
functi, cuius Conventus sunt, vel ad quem Convo^{tu} spectent, et qui-
nam Conventus ad illius suffragia teneatur, et hoc quidem
facit secundum Diversitatem assignationum, sive simplici
sive ad tempus. Postea in Gloss. Lit. K. ad illa Verba Textus
6. Antequam certo Conventui deputetur, hoc dicuntur =

lesso
Ma
co-
ato
vri-
Ka



Declaramus, quod si quis Fr. vel verbo, vel scripto alicui Con-
ventui assignetur; dicendo; ex nunc prout extunc, sive presentem
sive absentem assigno tunc alicui Conventui statim valet assignatio
et Fr. ille adhuc modum assignatus, et eius bona ad illum
Con^{tum} pertinent, cui sic assignatus est, non autem ad illum cui
prius assignatus fuerat; sive ipse antequam recedat à P^{ro}vincia
Conventu, sive in itinere, sive intra P^{ro}vinciam, sive extra illam
moriatur si verò assignetur alicui Con^{tui} iuxta communem formam
dicendo videlicet = Tenore presentium Deputo, atque etiam assigno
tali Con^{tui} (sic in casu, De quo agitur), tunc non valet assignatio
donec littera exhibita fuerint assignato. Et propterea si mori
ei contingat, antequam in eius manus pervenerint, spectabunt
bona illius ad Con^{tum}, in quo prius erat conventualis, non
ad alium, cui fuit postea assignatus. Hoc Gloss. citata.

In ea tñ non statuitur quod faciendum, si frater assignatus
iuxta communem formam, postquam littera in illius manus per-
verint, moriatur, et ad quem Con^{tum} bona illius spectent
maxime, cum dicatur, quod assignatio valet, si littera fuerint
assignato exhibita. Unde erat locus dubitandi de hoc in
favorem Con^{tus}, ad quem fr. ab alio remotus, fuit assignatus.
Hoc dubium fuit declaratum in Cap. Genli Roma 1650. Decl.
per hac verba = Declaramus iuxta n^{ost}ras Constitutiones, Dist.
2i. C. 14. Text. 6. quod si fr^m ab aliquo Con^{tui} amotus
contingat mori, priusquam ad Con^{tum} sua assignatio
pervenerit, ansetur adhuc spectare ad Con^{tum} unde recedit, et
hic teneatur ei tum ad suffragia, tum ad solvendas expen-
sas factas tempore infirmitatis pro victu, et medicinalibus, et
que funeralibus, si hoc extra Ordinis Con^{tum} aliquis cu-
sumptu fiant, eodem plane modo, ac si à prefato
Conventu non fuisset amotus. Bona autem eiusdem Fr^m, iuxta
ibidem statuta, debebunt dividi int^r prefatum Con^{tum}

222 225
et eius Originali. Quod. tñ. illigendum iuxta modifica-
tionem Gloss. Const. ibidem Litt. V. Hac citata Declaratio, in
quā pro casu presenti maxime notanda sunt illa verba con-
setur. Loquitur de fratre amoto ab aliquo Con^{tu}. Cum non
pertingit ad Con^{tum} nova assignationis adhuc spectare ad Con^{tum}, unde
de re cadit: et alia ibi: Eodem planè modo ac si a prefato Con^{tu},
ventu non fuisset amotus.

Sed quia foras Dubitatum fuit insuper, an hoc dicendum sit
de fratre, cuius remota Lecta fuit Communitati Con^{tum}, a quo fuit
remotus, et cui fuerunt exhibita Littera assignationis, et a
Con^{tu} exivit ut assignationi pareret licet postea redierit ad dic-
tum Con^{tum}, quin ad Con^{tum} nova assignationis pertingeret, nec
huius Conventus Communitati Littera assignationis fuerunt
Lecta: quod, inquam, dicendum de bonis istius Fris, si mo-
ri contingeret post eius reditum ad Con^{tum}, a quo fuit amotus.
Ad hoc, et similia Dubia solvenda circa bona fratris defuncti, et
suffragia ei debita assignis vigore, voluit Cap. Senle Roma 1692.
per maiorem explicationem eorum, qua in citata Gloss. dicuntur
statuere regulam genlēm, pro valore assignationis huiusmodi
effectus producendos, et ordinavit, Litteras assignationis
legendas esse in Con^{tu} a quo, et ad quem, ut suum producant
effectum; alias nullum. Ex quo apparet quod illa adverbia
tum, et quam non possunt facere in hac parte sensum disi-
unctivum sed ad fortiori sensum copulativum: ita ut per hoc
quod legantur, solum Communitati Con^{tum} a quo Littera assi-
gnationis, non deperdit Con^{tum} ius ad bona Fris amoti, nec tol-
litur ab eò obligatio ad suffragia, nisi etiam legantur Communi-
tati Conventus ad quem, cuius contrarium foret, si Litteris lectis
utriusque Communitati fr. in Con^{tu} a quo fuit amotus, mori con-
tingeret. Et hac de primo fine.

Ad secundum finem citato Ordinationis Cap. Roma 1691.
Delicet. submovere omnes fraudes in electionibus, et in alijs
ventuum actibus, vigore assignationum, quibus fratres con-
ventur ab uno Conventu, et ad alium assignantur atten-
runt L. illius Cap. Ordinando similiter quod assignationes
legantur Communitati tam Conv. a quo, quam Conv. ad quem
alias nullum effectum sortiantur.

Inter plures effectus causatos vigore assignationis, precipuus con-
tinetur ius habere emittendi vocem in electione Prioris, et
alijs actibus Capitularibus Conventuum. Quod fraudes at-
tra in hoc puncto contingere possunt, circa valorem assigna-
tionum, et illarum qualitates, et condiciones, ut vigore illarum
fratres illud ius acquirant per constitutiones, et varia Cap. ge-
ralia fuit provisum submovere: sed foras super hoc quod
fr. remotus ab uno Conv. per assignationem ad alium
lecta solum communitati Conventus a quo deperdat
emittendi vocem in electione Prioris, et in actibus Capitula-
ribus illius Conventus fuit aliquanto dubitatum; et
et a Procuratore Prioris praeferatur ex doctrina
Doctissimi Passerini Tract. De elect. Cap. 3. 2. 3. esse
tum, sed frustra, ut constabit.

Ad hanc ergo dubietatem, et omnes fraudes solvendas dictum
Gente post mortem dicti Dni Magistri celebratum, ordinavit
legendas esse assignationes Fratrum communitati Conventus tam
quo, quam ad quem, alias nullum sortiantur effectum; id
que, nec defectus iuris emittendi vocem in aliquo Conventu
tur in Fratrem amoto ab illo, per hoc solum, quod in illo sint
littere assignationis ad alium, nisi sint lecta in Conventu
quem; et subinde illa adverbium tamquam non faciunt etiam



quantum ad hoc, sensum disiunctivum: ita quod vel²²³ dicere²²⁵
ordinatio, quod si non sint lecte in Conventu a quo, non soci-
tuntur effectum perdendi^{tu} ius in dicto Con^{tu}, nec vis emittendi
votum sociantur in Conventu ad quem, nisi sint in illo lecte.
Hoc enim a nemine dubitari poterat, cum per varia Capitula
Generalia determinatum sit; et exinde ut ordinatio illa ad illos
duos fines intentos aliquid operetur; a fortiori dicta adverbia fa-
ciunt sensum coniunctivum, seu copulativum; ita ut velit ordina-
re, quod si in utroque Conventu non legantur Littere, nullum soci-
tiantur effectum, et ad hoc comprobanda faciunt, quae fuisse diximus
supra de eadem Ordin^e circa primum finem ab ea intentum, maxime
me duae illae clausulae signatae ex Declaratione Cap^{li} Gen. Romae
1650. Ex quo apparet, quod hac intelligentia, non est iudicia, et ma-
terialis, sed propria, et legitima iuxta legem intentum demonstrata.
Tandem, cum notificatio assignationum in Conventibus maxime pen-
deat a Superioribus, ad evitandas fraudes, quae in hoc possunt con-
tingere, fuit in dicta Ordin^e additum = Inhibentes Superioribus Con-
ventuum sub pena suspensionis ab officio, ne eas retinere, aut sus-
pendere presumant; et sicut ordinatum fuit in precedenti Cap^{lo}
Ordin^e 7^a eas, quam primum receperint, legere, faciant, nec ultra
horarum spatium protrahere possint; et postea, ne ex parte assigna-
torum detur negligentia idem Cap^{lo} Rom. 1694 Ordin^e 12, ita
statuit = Ordinamus, ut qui assignati fuerint in aliquo Conventu,
nec assignationi paruerint, puniantur privatione vocis activa,
et passiva studij, gradus, et officiorum, statuentes conformiter
ad Ordin^{em} nonam Cap^{li} Gentis Bononia 14^{to}, ut post notitiam
assignationis tres saltem infra octo dies iter arripiant vex sus-
Conventum sua assignationis, nisi aliud in ipsis litteris dis-
positum fuerit, et illud congrue continuare, quousque pervenerit
ibidem, ut in dicta Ordin^e 9^a dicitur.

Hoc valet si dicatur, quod si illa illa ordinatio non tolleret
fraudem, quae posset contingere, ex hoc quod assignatus



et remotus a Conventu tempore habili, et notificatus litteris
assignationis Conventui a quo, ex proposito, vel ex infirmitate
detineretur in via, et non pextingeret ad Conventum ad quem
nisi tempore habili, ut haberet vocem in Conventu ad quem;
in casu, quo ibi non admitteretur ad vocem, possit pretendere illam
habere in Conventu, a quo fuit remotus, si ibi immineret electio
ex vi dictae Ordinationis. Non, inquam, valet, nam quod Frater
assignatus ad aliquem Conventum non possit vocem habere in dicto
Conventu, nisi ante bimestre electionem antecedens fuerit eius assigna-
tio notificata Conventui, fuit resolutum in Cap^{lo} Romae 1588
Dect. 5 et 6^{ne}. 1601. de mandato Clementis Octavi, ut habetur
in n^{ra} Const. Dist. 2. Cap. 2. tex. 7 in Glo. lit. 3. Et insuper
ultra notificationem factam ante bimestre Conventui ad quem
est necessarium, quod assignatus in eodem saltem per duos menses re-
liter, et bona fide Conventui inveniens ante electionem Prioris
permaneret, ut statutum fuit in Cap^{lo} Parisijs 1611, ut habetur
in nostris Constit. loco proxime allegato. Supposito tamen, quod
assignatio esset notificata Conventui ad quem, etiam tempore
inhabili ad emissionem vocis in electione imminente, iam per
dictam Cap^{lo} Romae 1614 in principio adductam, fuit provisum,
posse pretendere habere vocem in Conventu, a quo fuit rem-
tus; cum iam in utroque Conventu a quo, et ad quem supponitur
facta notificatio assignationis. Non sic contingeret, si notificatio
non fuisset facta in Conventu ad quem, sed solum in Conventu
a quo, ut in n^{ro} casu contingit.

Manet ita que probatum, quod P^r Maellus Prior electus erat
Corporis Capituli Conventus Iesu, et Mariae Neapolitani, ex vi
gis per dictam Ordin^m statuta, licet gratius detur, quod
ante eius electionem in Priorem, non fuisset al^l electus
xibus, uti talis exteri^{us} existimatus; ac per consequens, si
illius electio esset canonica debuit habere duo vota ultra
medietatem, prout fuit ordinatum in Cap^{lo} Romae 1588
Dect. 6. his verbis = Declaramus, quod ille qui est in aliquo

227
224 225
Conuentu assignatus, et electioni? revera adesse potest, siue talis elec-
tionem cum alijs in Caplo interierit, siue non interierit; debet necessa-
rio habere duo vota ultra eligentium medietatem, ad hoc, ut
rite, et canonice sentiantur, Electus: Quod huiusmodi ex defectu
electio prefata non fuit canonica, nec confirmanda, sed saltem ex
hoc capite fuit nulla declaranda electio, et illius confirmatio.

Resolutum fuit Dubium hoc a Rmo S. M. G. f. Thoma Rippoll die
13 Sep^r Annⁱ 1735; cassandam esse confirmationem Prioris electi. Cerna^m fery
M^e de Napoli, de qua supra

Mo,
nal
Gae.
roman.
quel.
Re.
sa
vot.
Inno.
mira
to fia
Tri.
esto
iesso
Ma
ico.
e
ato
vri.
Ka



